


Thriotrophus Sive Homines A Bestiis Enutritos : Dissertatione Philologico-Historico-Morali, ad illustrandum locum I. Reg. XVII, 6.

[Leipzig]: Literis Joh. Christoph. Brandenburgeri, [1703?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861901614>

Druck Freier  Zugang





49. ed. 4.

44.

Ta-1092 (44)

1. Joach. Justus Rau de polibus sacrae paginae Gen 1753.
2. Jo. Reinh. Rufin strictione in Pentateuchum Werthemanse
4 Gen 1755.
3. Geogr. Megeri specimen quaestivum exegeticarum in hexameron
creationis ad Gen 1. Inest. 1689.
4. Eisdem specimen clavis philologicae in priora commata Gen. ib. ead.
5. Jo. Andr. Darius de Caino contra neceam praemunito. ad Gen 4,
15. Gen 1681. reus. ib. 1752.
6. Jo. Reinh. Rufin de Abrahami evocatione ex Vr. Jen 1681. reus. 1752.
- # D. Abrah. Calovius de mirabili cum filio Dei Jacobi lucta. Witeb 1692.
9. Jo. Carp. Krause de נֶפֶשׁ הַיָּדָיִם יְהוָה אֱלֹהֵינוּ
ad Gen 22, 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.
- # 7. Geor. Ligon Greerius de luo religioni ab Abrahamo conferata
ad Gen 22, 23. Lijf 1755.
10. Jo. Friedr. Stappella de vonu ^{la} Man ad Exod 21, 15. Witeb 1692.
11. Theod. Dassonius de panibus saierum. ad Exod 22, 23. Witeb 1692. reus. ib. 1756.
12. Jo. Friedr. Lofani de sacrificiis quotidianis ad Exod 22, 23. Witeb 1692. reus. ib. 1756.
13. Jo. Christo. Orthobius de jejuniis Moysi quadragesimali
Exod 22, 23. Witeb 1692. reus. ib. 1756.
14. Christo. Longagi paralipomena de liquoribus ad Exod 22, 23. Witeb 1692. reus. ib. 1756.
15. Henr. Jac. von Basthuysen de manipulo hederaceo ad
Leuitic 22, 23. Witeb 1692. reus. ib. 1756.

16. Jac. Schmalzius de vxore Moysi Aethiopsa ad Num. 1. Lips 1679.
17. Matth. Hellerus de Hebraeorum vestibus fimbriatis ad Num. 27. v. 37. 44. Tubing. 1701.
18. Jo. Christo. Ortlobius de morte Agaronis ad Num. XX, 27-29. xxxiii, 30. 39. Feuteron. X. 6. Lips 1704.
19. Jo. Trisehmius de Propeta Moysi parte. ad Deut. XVIII. 15. Lips 1675 reuig. ib. 1736.
20. Theod. Darsonius de suspensio hominis lapidibus obruti ad Deut. XXI, 22. et Gal. III, 10. Witob 1694. reuig. ib. 1736.
21. Just. Christo. Schomerus de arcana Iehouae ad Deut. XXIV. 29. Rost 1690.
22. Jo. Barlschius de sepulchro Moysi ad Deut. XXXIV. 6. Lips 1703.
23. Jo. Georgii Abichtius Commentarius Reflexio in Iohann. Lips 1712.
24. Jo. Georgius Abichtius de statore folis ad Ps. X, 12. 10. 14. Lips 1713.
25. 26. Jo. Georgius Abichtius de libro recti ad Ps. X, 13. et 2. Sam. 10. Lips 1714.
27. Franc. Mr. Waltherus de iis qui per regentes suos conuocantes eas lamo scribae intelliguntur. Rost 1714. ad Iud. VI, 11.
28. Jo. Friedr. Mayerus de vulpeculis Simpsonis ad Iud. XV, 4. Witob 1690.
29. Seb. Schmidius de fasciculo viuentium ad 1 Sam. XXVI, 29. Argent 1660 reuig. 1731.
30. Jo. Christo. Ortlobius de Baudia delictis coram Aethiopsa ad 1 Sam. XXI, VII. VIII. Lips 1706.

- 31. Jo. Andr. Schmiedius de regina austri ad 1 Reg. II. 189 Gen. 406.
- 32. Laur. Müllerus de origine regni Damasceni tempore Israeli-
tarum ad 1 Reg. XI. 23. 24. 25. Lips. 1714.
- 33. Franc. Mr. Wactens de pœna flagellorum et scorpionum ad
1 Reg. XII. 14. Antel. 1731.
- 34. Car. Friedr. Cepæus de hominibus a bestiis castratis ad
1 Reg. XVII. 6. Lips. 1703.
- 35. Henr. Gottlieb Reimius de numero annorum regiminis Je-
hofaphathi ad 1 Reg. XXII. 42. 2 Chron. XXV. 31. 2 Reg. VIII. 1.
et VIII. 16. Jen. 1740.
- 36. Henr. Gottlieb Reimius de harmonia inter Joaram, Achasiam
et Joaram ad 1 Reg. XXII. 51. 2 Reg. VIII. 24. 2 Chron. XXI. Jen. 1713.
- 37. Jo. Andr. Schmiedius de Cefaco ad propheta
ad 2 Reg. III. v. 15. Helust. 1715.
- 38. Jo. Ernes. Müllerus de Th. Vay terra Jobi Lips. 1678.
- 39. Jo. Georg Abichus de Gele Jobi ad Job. XIX. 25. 26. 27. Lips.
1708.
- 40. Jo. Henr. Michaelis de sensu verborum Job. XVIII. 25. ad fin. Hal.
1715.
- 41. Gerh. Henr. Meinkanus de osculo manus ori dato ad Job. XXXI.
27. Lips. 1711.
- 42. Jo. Trifschmuthus de Eli, Eli Lama Sabachthani ad Ps. XXII. Je. 16.
- 43. Christo Sondagius de Trinitate Catholica ad Ps. XXXIII.
6. Act. 1660. reus. ibid. 1716.
- 44. Gottlob Adolphus de Blamis filiorum Korah. Lips. 1706.
- 45. Jo. Engelh. Steaberus de pœna originis ad Ps. LII.
17. Antel. 1731.

10. Nanz
d. Nun
27-29.
Eut. XVIII.
Abrih ad
1706.
Deut. XXXI
XXXI
Lips. 1712
2. 10. 14. Lips.
1708.
12. Laut.
vocantes cas
1711.
14. Witel
160.
29. Argent
Achis Lips.

46. Zach. Grapus de decoribus sanctitatis et oris aurorae et rore
juventutis Mesfiae ad 1^o c. 9. Hoff. 1708.
47. Jo. Christi. Burgmannus de aurora in lege, testimoniisque in scripturis
Cap. VIII v. 20 Hoff. 1795.
48. J. Georgius Abichtus de oraculo Isaiarum Cap. I. c. 1. coll. Matth. II,
15 Hoff. 1708.
49. Joan. de gaudis gentium aduentu christi multiplicato. ad Jes. LX,
3. Hoff. 1708.
50. Henr. Jac. van Barchuisen de vexillo Mesfiae erecto inter gentes.
ad Jes. XI. 10. Lem. 1717.
51. Jo. Schmidius de epulo solenni in monte Sion ad Jes. XXVI,
6. Hoff. 1719.
52. Christi. Benjamin Otto de sepulchro christi cum dante ad Jes. III,
9. Hoff. 1720.
53. Jo. Andr. Danzius de Nuptiis resurrectionis humanae. ad
Jes. LIII. 10. 1^o Pet. I. 18. 19. Jen. 1720.
54. Josias Nervius Gritius de jeremia inter prophetas majores
primo Hoff. 1704.
55. Friedr. Schuechius de novo foedere. ad Jerem. XXXI. 31-34 Hoff. 1719.
56. Ernest. Friedr. Neubauerus de Michaelis Archangelo non creato sed
creatore Jesu Christo ad Dan. X. 13. 21. XII. 1. Jud. 9. Apocalyp. XII. 7,
1^o Thess. III. 16 coll. Zach. Cap. III v. 2. Hal. 1732
57. Ernest. Friedr. Neubauerus de Michaelis Archangelo vindicato. Hal. 1732.
58. Geor. Friedr. Schroerer de principe Borsarum Gabrieli resistente.
ad Dan. X. 13. Witel. 1729.
59. Jo. Schmidius de lapide septem oculorum pro expiendis peccatis
ad Zach. VIII Hoff. 1716.
60. Jo. Andr. Schmidius novum oraculum Isaiarum Cap. I. c. 11. Hoff.
bis Hoff. 1725.

34
A. & Ω.

62.
34

ΘΗΡΙΟΤΡΟΦΟΥΣ
SIVE
HOMINES
ABESTIIS
ENUTRITOS,

DISSERTATIONE
PHILOLOGICO-HISTORICO-MORALI,

ad illustrandum locum

I. Reg. XVII, 6.

Auctoritate

Inclyti Ordinis Philosophici,

In Alma Philurea,

P R Æ S I D E

V I R O P R Æ C L A R I S S I M O

D O M I N O

M. CAROLO FRIDERICO
PEZOLDO,

Scholæ Senat. ad D. Nicol. Colleg. III,

Fautore suo ætatem Honoratissimo,

Eruditorum examini sistit

d. 29. Dec. 1703.

A U C T O R

JOH. CHRISTOPH. Erdmann/

Wurz. Phil Baccal. & SS. Theol. Stud.

Literis JOH. CHRISTOPH. BRANDENBURGERI.

J. D. Erdmann

34

V I R O
ILLUSTRI, MAGNIFICO,
SUMME REVERENDO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
CONSULTISSIMO, EXCELLENTISSIMO, DOMINO
D. FRANCISCO CONRADO
R O M A N O,

Jcto Celeberrimo, Comiti Palatino Caesareo, Potentissimo Poloniarum Regi & Electori Saxoniae ab Appellationibus, Collegii Regii, Die Banco dicti, Directori Splendidissimo, Canonico Wurzensi, Judicii Provincialis in Lusatia inferiori Assessori, & Reipublicae Lipsiensis Consuli
h. t. regenti Gravissimo

Domino ac Patrono Maximo,

Sacras TUAS curas, Magnifice Vir, interpellantem, easque non diu suspendendas memorem audias precor propitius & facilis. Conscripti, dum industria specimen edendum erat, de Dn. Georgio hasce pagellas, quas ut nomini TUO Summo consecrarem, pietatis esse duxi. In tanto enim beatitudinis absolutissima fastigio quam TUA TE merita collocaverint, ut Metellum felicitate aequare videaris, virtutibus tamen, beneficentia praecipue, omnes vincis, collecta tenens, qua divisa quemque nobilitarunt. Novit quippe & admiratur Orbis, & quae hujus instar est, Lipsia ingentia, quibus deventam ipsam TIBI reddis, beneficia, nec nisi cum orbe interitura. Neque mentem fugit, quo patrocinio Parentem meum beaveris semper, ad perpetuas ideo grates TIBI obligatum. Fruatur ille, precor, quam diutissime Indulgentia TUA. Dabis itaque veniam, Mæcenas, quod ejusdem patrocinii compos, ac velut haeres fieri, TUAM Gratiam, quibus fas est, precibus obtester & rogitem. Vale Patronorum gemma, & continua, ut coepisti, fata prospera. Vale iterum Clientum Anchora, ac affectu amplectere ut Praesidem hunc meum, sic & me

Clientem

humillimum

JOH. CHRISTOPH. Erdmann.



§. I.

DE $\theta\eta\iota\sigma\tau\epsilon\rho\acute{o}\Phi\omega\iota\varsigma$, auspice Deo, acturi, ne circa nominum evolutionem in fronte simus molesti, breviter, ut legibus tamen Philosophorum sua stet auctoritas, notamus, vocem $\theta\eta\iota\sigma\tau\epsilon\rho\acute{o}\Phi$ natales Græciæ debere, ex nomine $\theta\eta\tau\iota\omicron\nu$, quod *bestiam* denotat; & verbo $\tau\epsilon\acute{\rho}\Phi\omega$ quod est idem ac *alo*, combinatam. Hinc statim ex accentu patet, $\theta\eta\iota\sigma\tau\epsilon\rho\acute{o}\Phi\omega\nu$ significare *hominem*, qui a *brutis* enutriatur, quemadmodum $\theta\eta\iota\sigma\tau\epsilon\rho\acute{o}\Phi$ enutrientem bruta designat,

§. II.

Immensi res esset operis, catalogum quocunque modo a brutis enutritorum texere, quem ut ne videamur promittere, monendum, nos non agere de iis, qui *brutorum carnibus aluntur*. Hæ etenim quum sint communia hominum pabula, (Ut ut ista deprecentur Pythagorei, vid. Laert. in ejus vita, lib. VIII. Segm. 19, 29. & Porphyrius $\pi\epsilon\rho\iota\ \acute{\alpha}\pi\omicron\chi\eta\varsigma\ \acute{\epsilon}\mu\psi\upsilon\chi\omega\nu$, & populi quidam eundem sequentes morem) inde parum ad rem facient, sive loquaris de *coctis* & ad *esum paratis* carnibus, quibus omnes delicatioris genii gentes pascuntur; & illis salubriter nos uti posse docet Leonhard. Lessius in *Hygiastico*, sive de *crudis*,

A 2

quas

31

quas gulæ commendant (a) Fames, qualis ut alias taceam, a. 1637. in Franconia exstitit. Vestigia etiam habemus 2, Reg. VI. v. 25. de quibus consule *Hammerum de fame Samaritana*. (b) Consuetudo, quamoti Barbarorum plerique cruda fercula in deliciis habent, vid. *Becman. Hist. Orb. Geogr. P. I. cap. 9. sect. 4. §. 8. p. m. 407. seqq. Clem. Alex. Proterptic. p. 9. Jul. Cas. Scaliger exercit. 22. p. 95.* puellamque araneis delectatam fuisse refert *Plin. L. XXV. c. 2. conf. anonymi miracula naturæ Lips. 1700. edit. P. II. c. 6. § P. III. c. 5. sect. 1. § 2.* & cui ignotum est illud *ὄμα Φαύλας* prodigium Lipsiæ hîc a. 1701. conspectum? Quin etiam crudarum esum carniûm injunxit (c) pœna quædam, sive divina ea fuerit, sive humana, a tyrannis præsertim exercita.

§ III. Neque sistimus hic *homines a bestiis moraliter talibus educatos*, quales ipse servator in Pharisæis adducit, vocando eos *γεννηματα ἐξ δυνῶν*, *Matth. III. 7.* i. e. pessimos pessimorum parentum filios, uti recte explicat *Bochartus Hieroz. P. II. Lib. III. c. 3. p. 375.* & quales Paulus in Cretensibus ostendit, appellans ipsos *νανὰ ἄνθρωποι*, *Tit. I. v. 12.* Huc referri possunt illi, qui ipsi jurium humanitatis prorsus ignari, liberos bestiis, quam hominibus propiores generant, alunque v. *Linschot. c. IV.* & præsertim c. *XLI.* de sylvestribus regni Chinæ in montanis ad urbem *Qveicheu* & in monte *Changno* ad *Suming*, it. *Olear. Persf. Itin. de Cere-missis.*

§. IV. Nec producimus alitos a brutis *ἐνεργησιμῶν*, qualis Eva a serpente infernali poma accipiens dicitur, *Gen. III. 1. sqq. vid. Gerhard ad Gen. p. 71. sq. Balduin. ad ep. Paul. f. 715. § Pfeiffer. Dub. vex. Cent. I. Loc. VI. qu. 1.*

§. V. Sed loquimur de illis, quos humano deficiente ministerio, ipsæ feræ, præcipue DEI sic providentis jussu, ex-

ce-

cepere, mämmis aut cibus aluere, atque ab injuriis prote-
xere.

§. VI. Ansam hujus argumenti dederunt exempla, tum in
historiis sacris, tum profanis obvia. Ex sacris aridet Eli-
as corvorum alumnus *1. Reg. XVII. v. 6.* memoratus, in
cujus enutritionem, Duce DEo, paulo sollicitius nunc in-
quiramus.

§. VII. Verba autem textus in fonte sic fluunt:
והערבים מביאים לו לחם ובשר בכל יום
ובשר בערב:

Quæ ex versione Junii & Tremellii sic sese habent:
*Et corvi efferebant ei panem & carnem quolibet mane; si-
militer panem & carnem quolibet vespere.*

§. VIII. Uti vero pauca de *convictore* præmittenda sunt;
sic illum אליהו Eliam fuisse, in v. 1. hujus capituli fit mentio.
Disceptatur de ipsius nomine, utrum Græcum, uti Chryso-
stomus splendide lustrat, deducto nomine à voce ἥλιος, quam
appellamus *solem*; an Hebraum. Posterius quum admit-
tamus, discedimus tamen ab *Ægidio Camarto in Comment.
de Elia c. IV. sect. V. p. 152.* sentiente: nomen אליהו ex tri-
bus Dei nominibus, quæ ipsi יהוה יהוה יהוה sunt, conflatum
esse. Namque recte *B. Frischmuthius* ostendit, vocem יהוה
esse pronomen, non divinam denominationem, *in Diss. de
Elia nomine & prosapia Jen. 1683. hab. §. 3. seqq. conf. Hotting.
de nom. div. p. 284.*

§. IX. Nec sine omine a Deo nomen accepit Elias, ille a-
cerrimus honoris divini vindex, ille אלהים איש uti voca-
tur *2. Reg. 1, 9.* Etenim præterquam quod, populo ad Acha-
bi, Regum pessimi, *1. Reg. XVI, 33.* cultum idololatricum
composito, divino inflatus Zelo, gravissime in peccata in-
vexerit, dehortatusque tantum nefas fuerit; clausum quo-
que cœlum in tanti criminis pœnam a Deo precibus impe-
travit. Enarrarem alia quoque, quibus gloriam Dei de-
fen-

fensum iuit Propheta noster argumenta, nisi in scripturis
sacris diserte satis explicarentur, & nos a scopo delabi videremur.

§. X. Sed ad *hospites* potius deveniendum, qui **הערכים** corvi dicuntur. Quod ipsum hospitium quia teneris animis parum credibile visum fuit, non desunt, qui **ערכים** de corvis intelligi negent. *Tostatus* equidem in hunc locum commentando putat, angelos corvorum forma vestitos exhibuisse hoc ministerium Eliæ; sed nihil probanti nihil credimus. Probet autem angelos fuisse in sacris corvos appellatos, aut eosdem unquam corvorum speciem induisse; aut edisserat, cur nomen angelorum hic dissimulasset Spiritus Sanctus, quod tamen in eodem negotio *1. Reg. 19. v. 5. 6.* expressit.

§. XI. Quantum ad alios, qui de hominibus interpretantur **ערכים**, nonnullos apud Kimchium istam vocē de mercatoribus explicantes invenimus. Nondum vero capio, quod ex verbis Ezech. XXVII. 27. **מערכי מערכי** istam exculperint explicationem. Etenim utut hac phrasi describantur Tyrii mercatores, nunquam tamen **ערכים** absolute sine additamento istam significationem induisse, patet literas sacras evolventi v. *Jac. Guffetii comment. lingua Hebraica p. 642.* Neque etiam, judicante *Bocharto in Hierozoico P. II. c. 13. L. II. p. 215.* Deus dixisset in genere, *præcepi mercatoribus*; sed specialius, *præcepi mercatoribus hujus vel illius loci.*

§. XII. Tantum vero abest, ut secuti mentem aliorum, nescio quibus sensibus orbatorum, ex **ערכים** faciamus Arabes, ut potius ipsa voce refutemur, eo quod Arabes non **ערכים** sed **ערבים** at quantum discrimen, denominentur.

§. XIII.

§. XIII. Neq; calculum merentur illi, quibus ערבים
populi nomen esse legimus. Ita enim Arabs: *Et Orabimi
efferebant ei panem.* Hos esse illos, qui civitatem Or-
bu inhabitant, explicat *R. Menasse ben Israel in Concil. Levit.
qu. 3.* Enim vero loci situs refellit sic sentientes. Nam
prope Jordanem accidit hoc miraculum, ubi nulli Orabi-
mi. Adde quod Elias non vere latuisset, si latibuli sui
conscios habuisset locorum incolas.

§. XIV. Superest ergo, ut cum aliis sententiam pro-
fiteamur nostram ערבים explicando per *corvos*. Neque
una hoc persuadet ratio. Persuadet (1.) clara textus lite-
ra, quæ corvi *Gen. IIX. 7. Prov. XXX. 17. Levit. XI. 15.* eadem
voce ערב meminit. Et si cum versionibus in h. l. certan-
di locus daretur, provocaremus ad Chaldæam, Syram,
Græcam, quæ singulæ de corvis loquuntur, vide illas ap.
Bochart. l. c. (2.) loci situs. Confedit enim Elias בנהל כרית
quod sive per vallem, sive per torrentem explices, idem erit.
Quumque igitur corvi solitudines ament, (quos ideo scri-
ptura *Prov. XXX. ערבי נחר* vocat; quis sane locus soli-
tariæ vitæ aptior, quam ubi *Saxosus inter decurrunt flumina
valles?* (3.) miraculi finis, quem Dei potentiam vocabis
& bonitatem. Licet enim idem Deus vel angeli *1. Reg. 19. 5.*
vel *Obadiæ c. 18, 4.* vel unius ex septem millibus fidelium
ministerio curaque cibare potuisset Eliam; placuit tamen
corvorum, rapacissimi animalis, uti officio, non aliam ob
causam, quam ut ostenderet, se naturæ, ut artificem, ita
mutatorem esse, i. e. ad suum nutum dediscere corvos na-
turam, antequam pium inopia perire necessum sit. (4.)
alia exempla, quæ illustrationis ergo infra sumus daturi.
Nec obstat, quod legatur את הערבים צויתי: Præcipere
enim, brutis, ut observant Interpretum Doctores est idem,

ac

ac iis uti ad exsequenda sua decreta, quod patet, quando Deus locustæ, 2. Paral. VII. 3. serpenti, Amos IX. 3. pisces, Jon. II. 10. præcipere dicitur. Neque præterea impedit, quod corvus sit avis immunda; quia quicquid Deus purum reddit, immundi nihil habet, *Act. X. 15.*

§. XV. Dedimus rationes beneficii a corvis Eliæ præstiti genuinas, supersunt aliæ nunc expendendæ, ob quas ad hoc alendi munus adhibiti nonnullis videntur corvi. Equidem si Chrystostomo auscultamus, factum id esse ideo ille putat, ut Elias ad misericordiam populi Israelitici exemplo corvorum reverteretur, qui utut *μισόταυροι Job. 39. v. 3.* mutato tamen animo Prophetæ jam miserebantur. *vid. Bochart. l. c. & ex hoc Dn. D. Mayeri Diss. de Elia corvorum convivore, & Vossius Idol. L. III. c. 85.* Lusus vero, & pia potius meditatio, quam demonstratio esse videtur. Deinceps Auctor *mirabilium scripturae L. II. c. 17.* corvos, inquit, epulas Eliæ fecisse, ut culpam in diluvio commissam purgarent, eo displicet, quod culpa intermissi reditus ex textu Ebraico non sit demonstrata v. *Kircheri arca Noe L. II. app. eromat. p. 160. it. Bochart. Hieroz. c. XII. L. II. p. 219. Calov. Tom. I. Comment. in Gen. c. VIII.* Rectius enim, ut in præcedenti §. dictum, asseritur, Deum corvos alendo Eliæ adhibuisse, ad ostendendam suam ipsius bonitatem, qua fidelium saluti prospicit semper, quod infra patebit.

§. XVI. Quæ cum ita sint, inutilem quæstionem esse autumo, an unus corvus huic operi destinatus fuerit, sic volente Eutychio Alexandro. Plures namque fuisse, tum ex plurali ערבים tum ex alimentorum copia, quibus una vice ferendis non sufficisset credo unus corvus, quis non colliget?

§. XVII. Hinc transimus ad *dapes Eliæ*, quas fuisse לחם

ἄρτους καὶ κρέας panem & carnem constat. Nihil difficultatis hæc verba spargunt, præterquam, quod *seorsim* allatos fuisse cibos, panes scilicet manes & carnem vespere, velint multi Veterum, ut *Augustinus Serm. 146. de tempore*, & *Athanas. in Synopsi*, *Theodoretus in 3. Reg. qu. 52.* moti scilicet versione virali, cujus verba sunt: οἱ κόρακες ἔφερον αὐτῶν ἄρτους τὸ πρῶτον, καὶ κρέα τὸ δεύτερον. Sed error vitio temporum forte in versionem irrepsit. De quo vide *præfat. ad τὸν LXX. versionem, Lips. 1697.*

§.XIIII. Sed magis animos Interpretum trahit verfatque questio, unde sumtos cibos statuunt? Quorum sententias, conjecturis & incertitudine plenas, breviter annotasse sufficiat. Ita enim R. Juda in tract, Sanhedr. ex Achabi macello; Cum quo facit Tostatus, e mensa, sentiens, ejusdem Regis fuisse epulas ab angelis sublatas, delatasque in locum, unde corvi ad Eliæ latebras deducerent. Alia mens est Nehemiæ in Ber, Rabba, ex ædibus regis Josaphat petita fuisse fercula dicenti. Negat autem regales dapes Joseph. Halle, Anglus, cibos nonnisi tenuioris condimenti concedens. Ab omnibus hisce abeunt Menasse Ben Jfr. & Bochartus contendentes, ex liberalitate unius, quem Deus tanti arcani conscius esse voluit, de septem millibus, qui non procubuerunt coram Baale 1. Reg. XIX, 18. provenisse cibos. In tanta diversitate, quid sequimur, aut cui credimus? Sed tutius credo posse responderi: Unde eas carnes & panes illi corvi detulerint, ipse viderit, qui tale officium eis committebat.

§. XIX. Et hæcce quidem divinæ providentiæ documenta depræmpta sunt ex sacra historia, quorum filium ideo diducere nolumus, ut & B. lectoris nausea medeamur, & aditus pateat, falcem in uberiores historia- rum profanarum de *ἑνεργεῖσθαι* messem mittendi. Ne au-

B

tem

36

tem incomposita relationum farrago offendat legentium oculos, nutritionem hanc inter *quadrupedes, aves, in se. Etque* dividere visum fuit.

§. XX. QUADRUPEDUM quum alia domestica, alia sylvestria dentur bruta, de utrisque distincte proponemus exempla, *Domesticorum* itaque familiam merito ducit (I) CAPRA, quæ fuit in cunis officiosa (a) *Jovis*. Nomen inde tulit Jupiter, ut *αἰγίον* & vocetur, simul & quod mortuæ nutricis pellem clypeo induxerit. Reliquas ipsius nutriculas, apes, aquilam, columbam v. *ap. Nat. Comit. L. I. mythol. c. 1. p. 80.* Pari fide ad *αἰγοτροφεῖς* (b) *Æsculapium* Pausanias in Corinthiacis, (g) *Ægibum* Ælianus *ποικιλ. 150g. L. XII. c. 42.* annumerant. conf. anonymi miracula naturæ *P. II. c. 2.* supra allegata. Capram excipit (II) CANIS, qui se (a) *Cyri*, quem *Astages*, avus ejus, exponi jussit, enutritione nobilitavit *ref. Herod. L. I. c. 109. Justin. L. I. c. 4.* (b) *Æsculapiique* nutritus fuit, ut habet *Lactant. L. I. de falsa relig. c. 10.* Transimus (III) ad EQUAM, quam *Pelia*, Neptuni filio, mammas præbuisse idem docet *Ælian. l. c.*

§. XXI. Inter *sylvestria* occurrunt (I) LEO, cui hospitium debet (a) *Androdo*. Hic enim quum stipem vestigiopedis ejus hærentem evulisset, solidum triennium in eadem cum leone specu exegit, ferente fera partem prædæ i. e. carnes ferinas, quas ad solem tostas meridianum comedit, ut ex Appione narrat *Gellius Noct. Att. L. V. c. 14.* (b) *Ipbides Samius* eodem fato cum *Androdo* usus, eodemque leonis partu beneficio, teste *Plinio*. (II) URSA. Ab hac enim lactatum (a) *Paridem*, post matris de filio, *Astam* inflammaturum, somnium, in *Idæ* montem expositum, auctor est *Ælian. l. c.* (b) *puellam Livoniensem*, testa-

tur Job. Janf. Straufus itin. 3. p. 68. Illa A. 1656. ab urfa a ma-
tris dormientis latere abrepta, inque lustrum deportata
est, deplorantibus interim parentibus fatum filiola. Ali-
quo autem post tempore fera perfossa est, cujus ubera
postquam lacte diffuere senserunt rustici, in opinionem
venerunt, catulos illam alere, quos ut invenirent, sylvam
percurrentes vagitum infantis percepere. Quid fit? re-
periunt puellam in antro sanam & succulentam, illamque
suis restitunt. (c) de alio infante similem fere historiam
ex Andr. Hollandero narrat Misander delit. Bibl. V. T. A. 1697.
p. 336. Nec injucundum lectu carmen est (d) de homine
inter ursos A. 1661. reperto apud Becman, Hist. Orb. Geogr. P. I.
c. IX. sect. 4. §. 8. p. 41. quod exscribere, religioni nobis
duximus. (III) CERVA, qua (a) in puero Habide, ad
Gargoris jussu plus simplici vice exposito, nutricem egit
benignissimam. Prolixe rem narrat Justin. L. XLIV. c. 4.
Ipsius ubera (b) Telephus, Auges & Herculis filius, pressit te-
ste Aeliano L. XII. c. 42. Eandem habuit quoque nutricem
(c) Aegidius Atheniensis, Eremita, cujus memoria in fastis
incidit, memorante Majolo colloq. VII. canicul. dier. p. 196. qui
(d) aliud etiam exemplum hominis cervorum contubernio
usi, ibidem subnectit. (IV.) LUPI. Ab his enim non
modo (a) Miletus, recensente Antonio Liberali c. 30. p. 237.
sed & (b) cum fratre Remo Quirinus, quos Rhea, Numito-
ris filia, genuit, Amulius exponi curavit, educatus est.
Quum enim pueri reluctans Tyberis, in quem erant
projecti, fluctibus effusi volutarentur in coeno, lupa super-
veniens, distentis a recenti partu uberibus, mammas illis
præbuit, lingua simul ablambens lutum, quo se inquinave-
rant, vid. Flor. L. I. c. 1. Dionys. Halicarnass. Antiquit. Roman.
L. I. §. 49. sqq. Justin. L. XLIII. c. 2. Et Ovid. lib. II. Fast. ita
habet: Lacte quis infantes nescit crevisse ferino? (c) puer

Hassiacus, qui triennis raptus a lupo diu in spelunca educatus, tandemque captus est, & vix recto corpore incedere didicit, ad Henricum Hassiæ Landgravium perductus, vid. *Camerar. Hor. Succisv. L. I. c. 75.* Idem beneficium nactus (d) *infans* subter arbore, matre interea ligna colligente, depositus, quem exceptum lupi catulis devorandum objecerunt, alueruntque postea, hisce vitæ ipsius parentibus, refert ex *Happelio Misander l. c. p. 335.*

§. XXII. De AVIBUS nunc videndum, in quibus se I. in genere aves offerunt. Illas enim, (de specie earum quum simus incerti) *Blasius*, Episcopus, sylvæ latebris, ut sit urgente persecutione, abditus, altrices habuit vid. *Marul. L. IV. exempl. c. 2.* II. in specie AQUALA, *δῆλον βασιλίσσα*, a qua nutritum *Cutbbertum Beda* in ejus vita scribit. III. GALLINA, quam tempore lanienæ Parisiensis Viro cuiuspiam pio, inter duos parietes latitanti, tertio quoque die ovum, quo aleretur, in manus reposuisse, recenset *Thuanus.* Et *M. Just. Gottfr. Rabenerus amœnit. decad. p. 251.* IV. COLUMBÆ a) *Semiramidis* altrices, si *Diodoro Siculo L. II. c. 4.* credimus. Quibus quum natura ubera negaverit, ex vicinis pastorum ategiis lac concretum surripuisse dicuntur, atque infantis ori inseruisse. Taceo β) *Jovem*, in Creta vagientem, ipsas ambrosia, ex oceano alata, aluisse, teste *Athenæo L. XI. Plutarch. in Sympos.* His in tanta colorum licet dissimilitudine jungimus V. CORVOS, quibus (ut præteream de quo supra dixi *Eliam*), *Paulus Thebaus*, eremita, alimenta annorum sexaginta debet, dimidium panis quotidie afferentibus: eosdemque postea etiam, ANTONIO præsentem, solidum advexisse panem, memorat *Hieron. in vita Pauli. conf. Corn. à Lapide in l. Reg. XVII.*

§. XXIII. Quantum ad INSECTA, quæ postremum inter hæc exempla sibi vindicant locum, memorandæ veniunt I. APES, de quibus variæ circumferuntur narrationes.

culæ. Novimus enim illas *a*) Hieronem expositum, & humanæ opis egentem, congesto circa jacentem melle, multis diebus aluisse, si qua fides *Justino* L. XXIII. c. 4. *Valer. Max.* L. I. c. 6. *Plin. Hist. Nat.* L. XI. c. 17. *Cic.* L. I. de divin. Illæ *β*) in *Platonis* ore favum effecere; *γ*) *Pindarum* quoque expositum enutrivere, pro lacte mella præbentes, narrante *Æliano* *ποικ.* L. XII. c. 45. Illæ *δ*) labris *Ambrosii*, in horto patrio depositi, infidentes, nectâr suum ingesserunt, ut habet *Paulinus* apud *Majolum* *Dier. Can.* p. 124. Illæ *ε*) *Comatem* arbori, ut periret, iussu heri crudelis inclusum, dapibus melleis integrum annum sustentaverunt v. *Engelgr. Luc. Evang.* P. I. p. 341. Sed nec II. FORMICÆ ab hoc beneficio excludendæ sunt, quas, *Mida* dormienti in os irrepentes, magno studio & labore frumenta importasse, habet *Ælian.* L. XII. *ποικ.* c. 45. *Val. Max.* L. I. c. 10.

§. XXIV. Et hæc fere sunt, quæ librorum prata pervolitanti passim reperire de *Ἐπιπέρο Ποιῆ* licuit. Majus opus restat, sententiam de his ferre, & ad iudicii limam revocare singula. Ita autem exemplorum veritas est comparata, ut fidem ei detrudere temeritatis; ubi vero fidem largiri levitatis esse videatur indicium, adeo ut in medio tutissimi forte eamus, si de multis *τὸ ἐπιπέρον* amplectamur. Quæ enim de *corvis Pauli* & *Antonii* circumferuntur, Pontificiis debemus scriptoribus, qui quam fingendis fraudibus sint faciles, quotusquisque nescit? Verbis non est opus, ubi rerum testimonia adsunt. Idem iudicium esto de Poetis, quibus cum Pictoribus

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

§. XXV. Accedit, quod fidem historiarum suspectam magis magisque reddit, ipsos sæpe auctores de veritate rerum fluctuare, non ignaros, nominis similitudinem occasionem fingendi in multis dare potuisse. Sed ideo illis pollicem premere est periculosum. CANEM Cyri qui ad bubulcam transferunt, non pauci sunt, Sic enim *Herodotus*, & *Matthias The-*

atr. IV. Monarch. p. 115. Mithridatis, inquit, uxor, cognomine *Spaco* Cyrum nutrit, quod Medorum lingua canem significat. De Semiramide hæc habet *Vossius Idol. L. I. c. 23.* fabulæ occasionem præbuisse vocem Semiramidis, quæ Syra *COLUMBAM* signet lingua. Nihil de *LUPA*, Romuli Remique nutrice, dicam, eo quod Livium legenti abunde constet, *Accam Laurentiam*, Faustuli uxorem, ob vulgati corporis vilitatem dictam fuisse lupam, i. e. meretricem. Cui ad stipulatur, Romuli gloriam enervaturus *Lactantius, de fals. relig. L. I. c. 20. p. 46.* Ut taceam ex avibus, Jovis ori mella instillantibus, Nymphas fabricari, *vid. idem Lactant, L. I. c. 22. p. 58. Et c. 21. p. 55.*

§. XXVI. Quantum ad *μυθία*, (novimus enim Gentilium Theologiam *μυθία* sæpe esse) variis interpretamentis omnia in crustant Mythologici, ut quid amplecti fas sit, ipse ambigam. Periclitabimur rem in *JOVE*, Hominum deumque parente. Qui Physico illum explicant modo, illis est æther sive ignea regio, quæ, quum nullam patiatur aut vim aut injuriam, ideo Jupiter a Saturno (qui tempus, in quo omnia elementa coaluere, significat,) devoratus esse negatur. Quid de *capra*? Illa quia sublimia petit semper, Jovis creditur nutrix, Neque male illi, qui id de temperamento capræ, immodice calido, vi cujus animal est summe libidinosum, exponunt, rem tetigisse sibi videntur. Quod vero sine sexu invicem se gignant elementa, *apes*, gregem purissimum, aluisse Jovem fingunt, *vid. Nat. Com. L. II. c. 1. p. 108.* Quicquid sit, omnia difficultatibus plena hic esse offendimus, ut ingenia interpretum suspenso judicio admirari, quam aut refutare, aut approbare malimus. Qui vero Jovis figmentum in forum trahunt politicum, aquilam ob perspicacitatem, *apes* ob concordiam Numini tribuunt, quas & alias in Principe merito desiderant virtutes. Transimus ad *ÆSCULAPIUM*, Medicorum facile principem,

cipem, cui, censente Servio, capram, animal incommodo febris laborans, adjunxerunt, eo quod ægrotantes medico egent, v. Deorum interpret *Voss. Jdol. L. IX. c. 32. & L. 1. c. 13.* Egregie vero columbas ad procacitatem SEMIRAMIDIS, huic vitio nefandum in modum indulgentis, Pierius traducit, ideo quia ipsæ Veneri operam quam maxime navant. Quod Apollodorus videns nomen *περισησάν παρὰ τὸ περισησῆς ἐσάν* non incongrue derivavit. *vid. Pierii Hierogl. L. XXII. c. 8. p. 263.* Peculiare id quoque est, quod Huetius ROMULI historiam ex Mosaicis promptuariis natam autumet, in *demonstr. evang. prop. IV. c. 9. p. 237.* ubi similitudinem Romulum inter & Mossem non infelici opera demonstrare allaborat. Singula persequi & excutere impræsentiæ ob pagellarum angustiam nobis non licet, fusius forte alibi pertractaturis.

§. XXVII. Cæterum non abs re videtur esse, si asseramus, dotes sæpe corporis animique fictionibus locum dedisse, ut extra orbitam veritatis vagarentur. Quo factum est, ut descripturi Virum eloquentem Poetæ ab apibus; celerem ab equa; crudelem a tygride nutritum fabularentur. Aliter enim illud Virgilii *Æneid. L. IV. v. 366.* depicturi non tractabile *Æneæ* pectus, explicari posse non video, quando ex mente Didonis canit:

*Duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaque admorunt ubera tigres.*
Neque etiam aliter illud ejusdem poetæ intelligi posse sum persuasissimus, animum Camillæ, Volscorum Reginae, martium explicantis, *Æneid. L. XI. v. 570.*

*Hic natam in dumis interque horrentia lustra
Armentalis equæ, mammis & lacte ferino
Nutribat (Metabus) teneris immulgens ubera labris.*
Eandem fabulam *Naso* nectit, in immemoris hominis perfidiam inveciturus, *Trist. Lib. I. Eleg. 7.*

Non

36

Non ego te genitum placida reor urbe Quirini,
Urbe, meo que jam non adeunda pede est.
Sed scopulis ponti, quos hec habet ora, sinistri,
Inque feris Scythia Sarmatiaeque jugis.
Quaeque tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix ubera, tigris erat.

§. XXIIII. Hac autem fidelia omnes parietes dealbari posse negat ratio, negat experientia, Paucis me absolvam. Sine omni lacte hominem saepe nutriri posse, sunt qui asserunt inter Medicos; licet in subsidium non vocentur, quæ *Procopius Lib. II. Belli Gothici* de Thulitis memorat: illos cerebris & medullis ferarum infantes suos alere. Huc refero, quod *Platerus, L. 2. observ. p. 231.* de patre Thoma Platero recenset, eum, matre uberibus laborante, sine lacte enutritum esse, & nihilominus annum octuagesimum tertium ætatis attingisse. Ut taceam, quod in Gallia ante annos viginti, quum exposititorum magna pars aut mala nutritione, aut nutricum incuria periisset saepe, propositum fuerit, adhibere infantibus enutriendis decoctum frumenti, aut gelatinam panis, aut pultem, *vid. Ephemer. Gall. Erudit. 1681. 24. Mart.* Quod licet non absque liberorum periculo adhibeatur, omnis tamen successus isti nutritioni derogandus esse non videtur. Annon quoque melle aliisque cibis ali homo possit, videant illi, qui sanitati nostræ operam navant. At alia quaestio est, an ferino infans citra periculum lacte educari possit? Quid vero impediatur istud asserere, quod exemplorum frequentia approbat, testium etiam *αἰσιολογῶν* fides confirmat. Vidit suis ipse oculis & memorat *Procopius L. 2. Bell. Goth. p. 320.* foeminam in Italia, statim ab edito partu irruptione Gothorum territam, infantem reliquisse, quem vagientem capra nutriverit, cui deinde ob hanc rem *Ægisti* nomen impositum sit. Utque domestica *θηριότροφον* exempla subjungam, quis nescit, quam feliciter capras liberi, per varios læsi, sugant? Quæ res fecit etiam, ut Medici Gallici, nutri-

tritionem sine ministerio nutricis meditates, consenserint, infantibus lactis loco foeminei lac ex animalibus receptum, vaccinum praesertim, praebendum esse, si observetur, ut ea sit temperie, ac si ex mammis foeminae jamjam prodiiisset, utque per modum succionis recipiatur; Cujus gratia vas succioni inferviens feliciter inventum legitur in iisdem *Ephemer. Erudit. Gall. A. 1681. 24. Mart* Excepta de nutritione infantum sine nutrice vide in *Actis Erudit. A. 1682. mense Junio p. 197. 198.* Quaecumque ita sint, rationes ut huic nutritioni ferinae subnectamus, postulat ordo. Illos autem tum in hominibus, tum in brutis, tum denique in ipso Deo quarendas arbitramur.

§. XXIX. Quantum ad subjectum seu homines, quatuor potissimum causas, seu si mavis occasiones, quibus alimenta a brutis accepisse leguntur, offendimus. Prima esto *expositio infantum*, quae ut frequentissima, ira licita olim quoque omnem pene terram implevit. Novimus enim quid acciderit Cyro, quid Romulo, quid Hieroni aliisque, quos Parentum *ἀσέβεια* feris exposuit enecandos. Ad quem impium morem trahendus ille quoque, in regno Sophitis, observante *Curtio l. IX. c. 1. §. 24.* usitatus: ubi, quos insignes aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt liberos, necari jusserunt. *conf. Justi Lipsii epist. ad Belgas cent. I. ep. 85.* Sed impium morem! Multiplici quia ratione in ipsum naturae jus peccatur. Primo namque insito parentibus affectui vis infertur, quam naturalem *σέβην* tritum illud nos edocet proverbium: Amor plus descendit, quam ascendit. Siquidem pisces non saviunt, nisi in diversum genus juxta Plinium *præom. in l. VII.* neque lupis iste mos, neque leonibus unquam fuit, nisi in dispar genus, juxta *Horatium in Epod. 7.* Homines igitur in propria bacchari viscera quantum scelus! quae *ἀσέβεια*. Deinde præceptum Juris N. de educandis & alendis liberis, quod perfecte parentes obligat, violatur. Quandoquidem boni liberalisque parentis non est, quem procreavit, eum non vestire & amare, praesertim quum locuple-

C

tem

tem sese negare non possit, *Cic. de Orac. L. 2.* Hinc recte asserunt
Jcti, eum necare liberos, qui neget alimenta, *conf. Grot. J. B. &
P. L. II. c. 7. §. 4.* Alimenta vero non ea solum intelligimus, quæ
cibariorum nomine veniunt, sed quæ usui & cultui corporis et-
iam inserviunt. Quousque autem liberi alendi, v. proluxe tract.
Arnis. Relect. Pol. L. I. c. 4. sect. 4. Tandem communio jurium
humanorum, in quæ etiam illi tenelli, siquidem homines, jam
veniunt, arcere parentes a tam nefando proposito debet, pec-
cantesque ejus criminis reos constituit, quo membrum societa-
ti humanæ aufertur, vel saltem auferri tentatur, *vid. Puffend. J.
N. & G. VII. II. §. 6.* Adeoque inquis, nec in necessitatis casu ex-
ponere sobolem licitum erit? Ubi pro sententia negativa veri-
tatem militare non dubito. Beneficium enim Magistratus pri-
us implorari fas est, quam posthabito officio, præsentibus libe-
rorum periculis conscientiam lādere. Quamvis etiam sæpe,
quæ Dei summa providentia est, alii liberos sustulerint, ut sic
adeo discrimen, quod expositos exspectat, evitatum fuerit; non
tamen facienda sunt mala, ut bona inde eveniant. Forte Mosis
expositio exemplum, cui insisti posset, suppeditat? Nego iterum
distingvendæque reor tempora esse. Nec enim tuto ali, quia non
debit, poterat necandus Moses, cui, licet parentes vitæ
parcerent, mors tamen jussu Pharaonis inferenda imminebat,
ut adeoque ex duobus malis minus eligendum, Deo sic provi-
dente, tunc esset. His positis, ad hocce singulare exemplum pro-
vocare, quæ nefarium sit, videt omnis, nisi qui sensibus est or-
batus.

§.XXX. Alterum quod adultiores præcipue convictores
brutorum fecit, sunt *persecutiones*, quæ ut creberrimæ, ita Chri-
stianorum numero exitiosissimæ olim exstiterunt. Bone DEUS,
quæ convitia, quæ rapinas, quæ flagella, quæ verbera, quos cru-
ciatus, quos ignes, quæ cædes, quæ mortes non experti Patres
nostri. Quibus autem tanta supplicia debentur aliis, nisi Judæis
genti sanguinariæ, existimanti, ideo se DEI esse populum, ut

ca-

ceteras gentes omnes perimat occidatque, *vid. Lightfootus Hor. Thalm. ad Matth. XXIV. 9. Sozom. H. E. L. V. 22. L. II. 9. Buxtorff. in Synag. Judaica passim.* Vides igitur quanta sit DEI clementia, qui, utur plenaria Christianismi extirpatio prioribus seculis intenta fuerit, restitit tamen impiis hostium conatibus, quippe non passus, omnes suos perire, omnes interfici. Scilicet inter media vitæ servandæ veterum trahenda est fuga, quam, evitaturi persecutiones, merito justeque arripuerunt. Juste dico, quia disceptatum in ecclesia olim fuit, utrum fugam capeßere adversus persecutiones liceret, an præstaret martyrium subire. Sed, evicerunt fugæ nil mali inesse *Clem. Alex. L. IV. 590µ. Origenes ipse fuga sibi consulens L. I. contra Celsum & L. IIX. vid. Euseb. L. VI. Hist. Eccl. c. 3. & c. 33.* Adde quod inter alia hujus fugæ, furentibus hostibus susceptæ, bonitas etiam inde pateat, quia fugientes mirifice DEUS aluit, ipsis brutis alimenta præbentibus. Nolo repetere, quid Blasio, Pauloque acciderit, sed subjungo illud, quod Basilii M. Parentes, quum teste *Gregorio Nazianz. orat. in laud. Basilii oper. p. 143.* ob Maximini persecutiones in eremum confugissent, hocce DEI nacti fuerint beneficium, ut cervi, sua sponte sese egentibus offerrentes, mactationem prompte subierint.

§. XXXI. Ex iisdem persecutionibus fluit tertia nutritionis ferinæ causa, *vita scilicet eremitica.* Cum enim ecclesia furore hostium undiquaque olim opprimeretur, nonnulli, ut eo melius cultui vacarent divino, mutua contubernia facientes, in cœnobia coivere; alii in deserta confugerunt loca, ibidem ad mortem usque perseverantes; illi Cœnobitæ, hi Eremitæ Anachoretæque dicebantur, docente *Christ. Drejero Diff. Anti-Pontif. XXV. Sozom. Hist. Eccl. Lib. I, c. 12.* Initia hujus eremitarum ordinis ponunt in Paulo Thebæo, & Antonio, de quibus supra, ut adeo a seculo post natum Christum tertio deducenda sint primordia v. *Magnif. D. Rechenberg. Hist. Eccl. sect. II, c. 3, p. 97. Hospinian. de Monach. p. 18.* Victum eorum ex Hieronymo, Ru-

fino, Cassiano aliisque tenuissimum accepimus, quippe qui herbarum radicibus famem, innocuamque sitim puriore unda levaverunt. Quem vitæ solitariæ statum ne quis illicitum putet, facit ipsius Christi exemplum, in montes locaque deserta euntis, quoties fere orare voluit. Quid de Elia? de Johanne? de aliis viris sanctis dicam? Eorum in speluncis & montibus errores annotatos habes in ep. ad *Hebr.* XI. 38. Audiendus etiam est Hieronymus in ep. 73. inquit: *Mibi oppidum est carcer, solitudo paradisus. Recede ergo, clamat CHRYSOSTOMUS in Matth. & planta te in deserto, ut nec mundus tecum commune quid habeat, nec tu cum mundo.* Et sane ita est; hæc vita avocat hominem a tumultibus a curis, a voluptatibus, solam rerum coelestium considerationem commendans. Quod si vero quis absque cauſis legitimis eremitam cum Pontificiis agere vellet, tanta esset stultitia, quantum nefas, superstitionibus vacare. Nempe illa eremitica vita præsertim seculo XIII, in cathedris audiebat status perfectionis, in quo salus hominum tuto collocari posset, *vid. Dreier. l. c. p. 763.* Tantum itaque mutatus ab illa prisca puritate modernus vitæ solitariæ status, ut ne vix vestigia veteris religionis hic deprehendere possis.

§. XXXII. Paucis quarta causa delibanda venit, quam *annonæ caritatem* appellamus. Non jam in causas, quæ accersunt eam, nec qui sequuntur, effectus inquiramus, de quibus adi *D. Sperling. Nicod. quer. & Jes. respond. P. II. Dom. VII. Trinit. qu. I. p. 300. sqq.* contenti demonstrasse, quanta providentia suis prospiciat Deus, adeo ut vitæ servandæ spe destitutis victum a brutis etiam petere licuerit. Huc quadrat quoque, quod canis, fame omnia depopulante, ore panem miseris hominibus, quo pascerentur, attulisse dicatur, narrante *Misandro del. Bibl. V. T. 1697. p. 336. & quod Spangenberg. Chron. Mansf.* refert de Viro quodam Grabenfeldensi, qui A. 851. fame pulsus, quum savire in filium, nil exorante matre, vellet, lupos cervam dilacerantes vidisse, eosque accedens prædam sustulisse narretur. §. XXXIII.

§ XXXIII. Transeundum ad bruta est. Nil morantur nos encomia bestiis data, quando passerem Catullus, Cūlicem Maro, Muscā Lucianus, Psittacum Diō Prusæus Philosophus, Bovem Libavius, Asinum Passeratus, Pulicem Naso & Michael Psellus, Murem Polycrates, Formicam Melanchthon, Elephantem Lipsius celebrant; Sed saltem nutritionem eorum, quam hominibus præbent attendendo, in causas inquiremus, quarum alteram internam, alteram externam dicimus. Internam quod attinet, illa est naturæ svasus & impulsus. Quippe lac foetibus destinatum alendis, si illi aut morte aut venatorum raptu perierint, ubera distendit bestiarum, retentum turget, urit, tabescit. Quibus molestiis ut se exonerarent feræ, mammas præbuisse ultra inventis parvulis, quidni credibile sit?

§ XXXIV. *Φιλανθρωπία* brutorum hic locus etiam inter causas recensendas esse posset, si vere talis in bruta caderet. Diu sane inter eruditos agitata, & ad fastidium pene decantata controversia est, an bestiarum rationem habeant, quorum multos affirmantes, plurimos negantes audias. Video cardinem litis in voce rationis verti, quæ si in excellentiori, qualis in nobis est, gradu sumatur, merito excludit a communione bruta; sin angustiores agnoscas limites, quis ei bestias subesse dubitet? Sed, si quod res est, dicendum, puto ego de iis, quæ nos ignoramus, nihil certi asseri aut negari posse. Inde patet quam temerarium sit, de brutorum *Φιλανθρωπία* multa dicere, quorum animam nemo hactenus satis exploratum habet.

§ XXXV. Ad causam externam refero beneficia brutis hominum ministerio collata. Nihil equidem novum aut insolens bestias benefactores suos agnoscere, ipsosque homines gratitudine superare. Homo enim ingratus, quo terra nihil pejus alit, gratiæ referendæ non raro obliviscitur, imo male interdum loquitur fraudique est, asini aut cuculi instar, suis Evergetis, dignissimus, qui humana exclusus societate ad ferarum stabula relegetur, discatque à brutis esse gratum. Placet enim supra adductis brutorum gratorum exemplis annexere sequens: Ita namque Elephas fertur Indicæ mulieris, a qua sæpe potatus fuerat, infantem intra medios pedes recepisse, muscas dormienti abigens, & si ploraret, cunas proboscide agitans ref. *Athen. L. 13. conf. Cl. Tenzelii colloq. mensr. A. 1689. p. 789.* Obferves tamen velim, nos, quemadmodum cygno pietatem, cani fidelitatem, apibus prudentiam, formicis industriam largimur; ita quoque gratitudinem tribuere bestiis, i. e. non nisi in sensu latiori, quatenus simulacra virtutum sunt & umbræ. Videant vero illi, qui cum Campanella aut Rotario brutis rationem & virtutes in gradu etiam eminentiori adscribere

31

nulli dubitant, quomodo id solide probare possint, & victas dabimus manus.

§ XXXVI. Tandem si DEum, beneficiorum auctorem & homines per bruta enutrientem intueamur, causas invenimus tum Bonitatem & Providentiam, tum potentiam, tum sapientiam. Liceat paucis *bonitatem Dei*, per bruta nobis probatam, contemplari, & tot beneficiis stupefcere. Illa enim exhibentur humano generi, dum bruta (1) *enutriunt* ordinarie, postquam Dominus dominium in bruta concessit, & cum hoc jus usumque simul fruendi carnibus. Ubi litem non facimus nostram, an post diluvium demum esus carniū, non secus ac Israelitis propter cordis duriciam libellus repudii, concessus sit *vid. Vset. P. V. Dis. Sel. p. 114.* (2) *vestiunt*. Unde enim protoplastis indumenta, nisi ex animalium pellibus obtigere? Gen. 3, 21. Et quis nescit Eliæ 2. Reg. I. Johannis Baptistæ vestes, Matth. 3. 4. Ut ditiorum amictus sericos, pauperiorum e lana confectos taceam. (3.) *adjuvant*, unde etiam jumenta dici credibile est, quæ enim magnarum sunt virium, in excolenda terra operam dant, onera portant, vehunt, & si quæ alia ex ministerio brutorū nobis obtingunt auxilia. (4) *defendunt* Canum virtus nota est. Sic Colophonios, Castabalenses, & Cimbros canum habuisse cohortes, qui in acie, ceu primi, nunquam detrectarent pugnam, testatur *Solinus c. 25. §. 386. Plin. H. N. L. 8. c. 40.* Sic Magnetum patriam defendisse canes, auctor *Ælian. ποικιλ. L. XIV. c. 46.* (5) *medentur*. Tobias enim junior mediante felle, quod acceperat a pisce, oculis Parentis medicinam affert, *Tob. VI. 6. & XIII. 13. seqq. v. Valles. de Sacr. Philos. c. 42.* De remediis ex quadrupedibus adi *Voss. Idol. L. III. c. 68. seqq.* Ex avibus *L. III. c. 96.* Cætera Medicis medicamina relinquimus. (6) *informant*, *vid. Magnif. Dni D. Schmidii, Patroni nostri colendisissimi, de brutis hominum doctoribus dissertationem* (7) *presagiunt*: Bona scilicet tempora columba Noacho prædixit *Gen. 8. 11. conf. Gen. XL. 17. Gen. XLI. 26. Dan. VII. 17.* de garritu picæ, crocitate corvi, canis ejulatu, bubonis adventu *Gaff. curios. Inaud. p. 253. conf. Franz. H. A. p. 454.* (8) *vidimas præbent*, *v. Franz. Schola sacrif. diff. XIII. §. 20. Voss. Theol. Gent. L. I. c. 41.* Ad hæc igitur beneficia quatenus divina ex iis elucet bonitas, merito nostra etiam (9) referenda *nutritio*, quæ hominibus *extraordinarie* per bruta obtigit. Qua de re miremini bonitatem Dei, miremini providentiam ejus, quæ nobis in rerum necessitatibus pariter ac discriminibus benignissime prospicit.

§. XXXVII, Præsertim vero egregiam, ex allatis supra exemplis, divi-

divina in principum salutem providentiæ colligere licet documentum. Discant mortales, quam frustra labor impendatur viris violentam inferendi manum, quos sceptris gerendis natos esse voluit DEUS. Quid enim Altyages consiliis suis de occidendo Cyro indignissimis effecit aliud, quam ut & nepos regno potiretur, & ipse throno turbaretur, ut patet ex *Just. l. c.* Omitto Habidis fata, quem nulla vis, nulla injuria regno privare poterat, adi *Just. L. 44. c. 4.* Scilicet nemo successorem interimit suum, ita Neronem admonente *Seneca.* Et huc collimat, quod *Plutarchus Romul. c. II.* dicit, suspectam quosdam habere fabulam de Romuli lupa; nos quum cernamus, quanta sit vis fortunæ, non debemus ei fidem derogare, reputantes animo, rem Romanam sine divino auspicio non fuisse eo potentia progressam. adde *Dempster. ad Ros. p. 4. conf. Plin. L. VII. H. N. c. 17.*

§. XXXIIX. De potentia DEI, quæ in enutriendis per bruta hominibus inclaruit, jam quoque breviter. Quanta est potentia ejus, quam creando tanta totque animalia exhibuit, ut avium quingentas, piscium mille, insectorum supra mille octingentas numerarent nonnulli species. vide *Job. Rajum sap. div. in creat. manifest.* Neque minor illa tamen est potentia, quod & ad nutum naturas animantibus dare, & ad nutum suspendere easdem potest potentissimum Numen, ut bruta, licet ferocissima, mitius agnis induant ingenium, hominibusque serviant, ac mammas & alimenta præbeant. Hanc naturæ mutationem illustrant etiam leones, Danieli parcentes, *Dan. VI.* vipera Paulum non lædens, *Act. XXVII.* Alia exempla quamplurima v. ap. *Athen. L. III. Dignosoph. c. 30. Casp. Schottum. L. VII. Phys. curios. c. 19. arg. 4.*

§. XXXIX. Sapientia restat DEI, quæ exinde potissimum erit, quod nutritioni nostræ omina, si quæ fuerunt, indidisse videatur futuræ indolis & fortunæ. Dilaberemur à scopo, si de hujus generis omnibus multa dicere animus esset. Scimus auguria, quæ circa partum Alexandri accidisse memorant *Plutarchus in ejus vita,* & *Cic. L. I. de divin. c. 23.* Et quemadmodum ex ungue leonem cognoscimus; ita Ludovicum XIV. Galliarum Regem, ubera nutricum morsicando lancinantem, jam olim in omen futuræ rapacitatis interpretatus est *Grotius in ep. 1089. p. 490. edit. noviss.* Et ad rem ut redeamus, Hieroni, jussu parentis exposito, propterea, quod ex ancilla natus esset, ne nobilitati paternæ foret dedecori, apes mella in os congesisse supra edocuimus. Imperii indicium hoc fuisse asseritur, quia dicente *Plinio. L. II. c. 5.* apibus principatus est, vid. *Pierii Hieroglyph. L. XXVI. c. 3.* Addunt alii eloquentiæ


omen


omen fecisse apes, quas ideo *Lucianus* σοφῶς θεῶν μέλιτ' ἐργάτας, sapientes divini mellis artifices, appellat. Ita prævisa est eruditio in Platone; ita in Ambrosio vid. *Val. Max. L. 1. c. 6.* conf. *Olympiod. in vit. Plat. & Pier. l. c.* Constat etiam, opulentiam per formicas denotari, quia victui necessaria oppido congerunt; inde eandem præfagium divitiarum in Mida fuisse *Cic. L. 1. de divin. §. 7.* habet.


§. XL. Quod reliquum est, haud immerito in quaestionem venit; an cum lacte ferino ferini insimul induantur mores? Enimvero novius vim nutritionis, & quanta vel virtutis vel vitiorum semina cum lacte nutricum sugantur, ut proinde graviter *Phavorinus ap. Gell. Noct. Att. L. XII. c. 12.* in eas invehat foeminas, quæ aut fastu aut mollitie ubera liberis subtrahunt. Adhuc tamen sub iudice lis est, an morum formatio soli debeat nutritioni. Huic enim innixus causæ respondeat velim, cur liberi matrum crebro ingenium amittant? cur sorores fratresve, iisdem uberibus usi, in diversas abeant indoles? Mentem igitur ut explicem meam, causas tot ingeniorum in temperamento pariter & consuetudine quaero. Illud enim si cum brutorum temperamento conveniat, eodemque, mediante lacte, augeatur, una eademque facile indoles hominem bestiamque occupat, præsertim si consuetudo accesserit, quippe quæ alteram sæpe efficit naturam. Hinc est, quod inter bruta educati summe feri sæpe sint, & vix exigua rationis vestigia servant, quæ licet eos non destituat, sub feritate tamen velut obruta jacet, cuius vincula etiam, utut tardiuscule, tandem rumpit, si hominum consortio reddantur. Talisque forsitan ille Danorum Princeps Biarno fuit, Ursus dictus, eo, quod fato inter urfos servatus, horum indolis aliquid assumpsit vid. *Becm. Hist. Orb. Geogr. P. 1. c. 9. sect. 4. §. 8. p. 411.* conf. *Camer. Hor. subc. L. 1. c. 75.*

Δόξα τῷ Θεῷ.
















Abramo ap-
tratis volun-
alias orato-
cum Ioh. V.
coll. v. 13.
gumentum
τόν Θεόν τῆς
aticum, su-
ellat Moses
o Christum
huc affer-
endum no-
Pauli verbis
cognosci-
Matth. IV.
esse. Nam
sibi con-
distinctio-
exisse. Et
XXIV. 9.
a seu glorio-
tituto eius,
ntu forte
OTIVS su-
tam plane
ntu huius
bed-Edo-
nus igitur
m arrisisse
rum para-
cit. mo-
rca illam
enasci

enasci possent lectori ex
Videlicet (a) quando Mo
sicut dixerat ei Iehoua perrex
annorum, cum egrederetur de
nomine, quod neutiqua
prolata intelligi queant d
cum quod ibi adhuc de
egredi, quippe in quo ne
75. annos habebat, quos
buisse, cum hæc c. XII.
Per nos enim anno 701
hæc difficultas quosdam
tes dirimendum, & pri
parenthesi quasi inclusum
pertrahendum esse; pot
riori segregatum ad post
esse, a qua sententia alie
ad Act. VII. 3. f. 854. b. fi
ne insuper, quod Haran
rami appellari non potu
ret a cognatione sua, v
non habuerit. Quamqu
omnia, non tamen fat
Quod enim ad proxim
confirmare volunt supra
mus ab eadem, quia ex
nomine quoque Haran
initia v. c. de prima Ab
obstat, quod nulla in i
quem tamen primam p
mul fuisse, totidem verb
igitur iam, commemor
surus non fuisset. Qua
obtigerit diuina reuelati

quæ tractauimus verbis.
XII. addit: abiit (Abram)
Loth, eratque Abramus 75.
quere hoc videtur duplici
Mosis in v. 1. 2. 3. c. XII.
e in Vr quondam facta,
potuerit iuberi ex Haran
t, tum quoque quod non
erte ait Moses ipsum ha
uocatio ipsi contingeret.
exire iussus est. Adegit
uerent, v. 4. in duas par
thium vna cum v. 1. 2. 3.
em ex Vra profectionem
m v. 4. incisum ab ante
Harar vnice referendum
B. CALOVIUS *Bibl. Illustr.*
rgent alii pro hac opinio-
tum Tharam, terra Ab-
ræcipi eidem, vt discede-
o in Haran reliquam sibi
rudite excogitata sint hæc
igorosius ea examinanti.
rationem, qua amplius
lata, nos merito abstinui-
V. 4. 7. & 38. constat, eo
posse. Quo minus vero
ctione ex Vr accipiamus,
ichio fit Tharæ mentio,
m vrsisse, & ingressum si-
Moses Gen. XI. 31. illum
Abramo & Lotho, omif-
non Tharæ, sed Abramo
imum tamen ea, Abramo
inter-

